

HEINRICVS OITA VVIENNENSIS PROFESSOR.



H
Einricus Oita uir in diuinis scripturis fuit eru-
ditissimus, atq; in Aristotelica philosophia e-
xercitatissimus. Itaq; magnam existimationem no-
minis sui passim nactus est. Cum autem eo tempo-
re Vuiennēsis Academia fundata esset, ipse sese eō
contulit, atq; eius Gymnasiū unicum decus extitit.
Erat autem ferm one scholaisticus, atq; egregius ad
populum concionator. Itaq; ea Academia sub ipso
& Heinrico Hassia plurimum floruit. Scripsit inte-
rea multa præclara uolumina, de quibus extant li-
ibri 4 super sententias, de Contractib; & de Con-
ceptione Mariæ uirginis. floruit sub Vuentzelao
Cæsare Vuiennæ.